

FRIDAY OF PASSION WEEK IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

Caiphas the high priest spoke, saying that Jesus should die for the nation. Christ is to die in order to bring together all the children of God dispersed throughout the world in one great family, which shall be neither Jew nor Greek nor Gentile, but only one holy Catholic Church.

God holds the souls of all men in his hands, and we should welcome with open arms those whom he has brought back from a long way off, remembering how we, too, had once strayed far away, but are now converted to the Shepherd of our souls.

INTROIT Psalms 30: 10, 16, 18

Miserére mihi, Dómine, quóniam tríbulator: líbera me, et éripe me de má nibus inimicórum meórum et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te. (Ps. 30: 2) In te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetérnum: in justítia tua líbera me. Miserére mihi, Dómine, quóniam tríbulator: líbera me, et éripe me de má nibus inimicórum meórum et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

COLLECT

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benígna infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam súpplicis deputémur aetérnis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of the Seven Sorrows of the BVM)

Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Mariæ dolóris gládius pertransívit: concéde propítius; ut, qui transfixiónem ejus et passióne venerádo recólimus, gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum Cruci fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Jeremiah 17: 13-18

In diébus illis: Dixit Jeremías: Dómine, omnes, qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes a te in terra scribéntur: quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum. Sana me. Dómine, et sanábor: salvum me fac, et salvus ero: quóniam laus mea tu es. Ecce, ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? Véniat. Et ego non sum húbatus, te pastórem sequens: et diem tórnibus non desiderávi, tu scis. Quod egréssum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictiónis. Confundántur, qui me persecúuntur, et non confundar ego: páveant illi, et non páveam ego. Induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine, Deus noster.

GRADUAL Psalms 34: 20, 22

Pacífice loquebántur mihi inimíci mei: et in ira molésti erant mihi. Vidísti, Dómine, ne síleas: ne discédas a me.

TRACT Psalms 102: 10

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimur nos: neque secúndum iniquitátes nostras retribuás nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrarum antiquarum: cito anticipet nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. *(Hic genuflectitur)* Ádjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

GOSPEL John 11: 47-54

In illo témpore: Collegérunt pontífices et pharisæi concílium advérsus Jesum, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum: et vénient Románi, et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipsis, Cáiphas nómine, cum esset pónitífex anni illíus, dixit eis: Vos nescítis quidquam, nec cogitátis, quia expédit vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat. Hoc autem a semetípso non dixit: sed cum esset pónitífex anni illíus, prophetávit, quod Jesus moritúrus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispérsi, congregáret in unum. Ab illo die cogitavérunt, ut interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulábat apud Iudæos: sed ábiit in regióne[m] juxta desértum, in civitátem, quæ dicitur Ephrem, et ibi morabátur cum discipulis suis.

OFFERTORY Psalms 118: 12, 121

Benedíctus es, Dómine, doce me justificatiónes tuas: et non tradas calumniántibus me supérbis: et respondebo exprobrántibus mihi verbum.

SECRET

Præsta nobis, miséricors Deus: ut digne tuis servíre semper altáribus mereámur; et eórum perpétua participatióne salvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of the Seven Sorrows of the BVM)

Offérimus tibi preces et hóstias, Dómine, Jesu Christe, humíliter supplicántes: ut, qui Transfixiónem dulcíssimam spíritus beátæ Matris tuæ précibus recensémus; suo suórumque sub cruce Sanctórum, consórtium multiplicáto piíssimo intervéntu, méritis mortis tuæ, méritum cum beátis habeámus: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus: Qui salútem húmáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde víta resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vencerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admíssi jubeas, deprecámur, súpplicatióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 26: 12

Ne tradideris me. Dómine, in ánimas persecuéntium me: quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iniquitas sibi.

POSTCOMMUNION

Sumpti sacrificií, Dómine, perpétua nos tuítio non derelínquat: et nóxia semper a nobis cuncta depéllat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of the Seven Sorrows of the BVM)

Sacrificia, quæ súmpsimus Dómine Jesu Christe, Transfixiónem Matris tuæ et Vírginis devóte celebrántes: nobis ímpnetur apud efféctum tuam omnis boni salutátis eleméntum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo.

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui protectiúnis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúnda tibi mentem servíamus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Have mercy on me, O Lord, for I am afflicted: deliver me, and save me out of the hands of my enemies, and from them that persecute me: let me not be confounded, O Lord, for I have called upon Thee. (Ps. 30: 2) In Thee, O Lord, have I hoped, let me never be confounded: deliver me in Thy justice. Have mercy on me, O Lord, for I am afflicted: deliver me, and save me out of the hands of my enemies, and from them that persecute me: let me not be confounded, O Lord, for I have called upon Thee.

Graciously pour forth Thy grace into our hearts, we beseech Thee, O Lord, that, keeping our sinful inclinations under control by self-denial, we may suffer for a brief while rather than be condemned to everlasting punishment. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, at Whose Passion, according to the prophecy of Simeon, a sword of sorrow pierced the most sweet soul of the glorious Virgin and Mother Mary: mercifully grant, that we who call to mind with veneration her anguish and suffering, may obtain the happy fruit of Thy Passion through the glorious merits and prayers of all the Saints who have faithfully stood by the Cross interceding for us: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Jeremias said: O Lord, all that forsake Thee shall be confounded: they that depart from Thee, shall be written in the earth: because they have forsaken the Lord, the vein of living waters. Heal me, O Lord, and I shall be healed, save me, and I shall be saved: for Thou art my praise. Behold they say to me: Where is the word of the Lord? let it come. And I am not troubled, following Thee for my pastor, and I have not desired the day of man, Thou knowest. That which went out of my lips, had been right in Thy sight. Be not Thou a terror unto me, Thou art my hope in the day of affliction. Let them be confounded that persecute me, and let not me be confounded: let them be afraid, and let not me be afraid; bring upon them the day of affliction, and with a double destruction destroy them, O Lord our God.

My enemies spoke peaceably to me: and in anger they afflicted me. Thou, O Lord, hast seen; be not silent; be not far from me!

O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities, let Thy mercies speedily prevent us; for we are become exceedingly poor. *(Here kneel.)* Help us, O God, our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.

At that time, the chief priests and Pharisees gathered together a council against Jesus, and said, What are we doing? for this man is working many signs. If we let Him alone as He is, all will believe in Him, and the Romans will come and take away both our place and our nation. But one of them, Caiphas, being high priest that year, said to them, You know nothing at all; nor do you reflect that it is expedient for us that one man die for the people, instead of the whole nation perishing. This, however, he said not of himself; but being high priest that year, he prophesied that Jesus was to die for the nation; and not only for the nation, but that He might gather into one the children of God who were scattered abroad. So from that day forth their plan was to put Him to death. Jesus therefore no longer went about openly among the Jews, but withdrew to the district near the desert, to a town called Ephrem; and there He stayed with His disciples.

Blessed art thou, O Lord, teach me Thy justifications: give me not up to my proud calumniators, and so shall I answer them that reproach me.

Grant us, O merciful God, that we may ever have the grace to serve Thine altars worthily, and may we be saved by constantly partaking of the sacrifice. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee prayers and sacrifices, O Lord Jesus Christ, humbly entreating that we, who commemorate in our prayers the piercing of the most dear soul of blessed Mary, Thy Mother, may, through the multiplied intercession of her and of her holy companions under the cross, by the merits of Thy death, receive our portion with the blessed. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, and the Powers stand in awe. The Heavens and the Powers heavenly together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Give me not up, O Lord, to the wishes of my foes; for false witnesses have risen up against me, and such as breathe out violence.

May the abiding protection of the sacrament we have received, O Lord, never forsake us, and always keep us from all things harmful. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the sacrifices of which we have partaken, O Lord Jesus Christ, devoutly celebrating the piercing of Thy virgin Mother's soul, obtaining for us with Thy clemency the effect of every salutary benefit. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that we who seek the grace of Thy protection, having been delivered from all evils, may serve Thee with untroubled minds. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.